



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

37. Quid in eo mutant Batavi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

formâ, expediendam. Ut primum as numeratum, traditumq<sup>3</sup> fuerit, Gubernator Dylarianus, Principis jussu, vacuabit arcem: Nec machinas solum, sed & penum omnem, ac bellicam suppellectilem, quæq<sup>3</sup> alia à Monasteriensibus illata sunt, liber exportabit. Arbitrarium quoq<sup>3</sup> sit evertere munimenta, quæ Monasterienses erexere. Sed intra dies crumino sex hæc absolvantur. Exin Principi Frisio Castellum, ejusq<sup>3</sup> claves tradet Gubernator; ita quidem, ut sola Frisio potestas sit de Castello pro lubitu disponendi. Quæ reliquæ sint difficultates, uti expensarum, ac novorum, veterumq<sup>3</sup> censuum, per utriusq<sup>3</sup> partis Delegatos amicâ tunc viâ Meppenæ terminentur.

Novâ hæc pactio, quâ festinatione concepta, probataque erat, Hagam remittebatur, ut jam vigesimâ quintâ Maij in Ordinum Senatu perlecta fuerit, discussaque. Et hi quidem repente mutant aliqua, nonnulla temperant, alia superaddunt. Statum Meppenæ diem in quartam Junij extendunt; Supraque summam antè designatam pro resultante ad id tempus censu, adjungunt quindecies mille. Quo certius autem de valore acceptilationis constare possit, ejus volunt exemplar Frisie Delegatis antè consignari, quam pecunia Meppenam deportetur. Argentum verò nolunt Liechtensteinio numerari, sed comparandis illicò possessionibus impendi, quæ non minus, quam extans tunc reliquis adhuc terminis pecunia, pro suo, assertoque Ritbergiorum Comi-

37.  
Quid in  
eo mu-  
tent Ba-  
tavi.

1664. tum jure, tam diu Principi Oest-Frisia affecta sint, donec hunc omnis postea mo-  
 Dumq<sup>3</sup> stia Liechtensteinius securum praestet. Hi  
 desuper animi sui sensa dum Monasteriensi & Fri-  
 Princi- significant Ordines, simulac monent, ut  
 pibus uterque Delegatos quantocyus expediat  
 scribunt. iiq<sup>ue</sup> ante Kalendas Junij in Castris pro-  
 Arcem Dylerianam praesentes se sistant,  
 cum potestate, ut correctam ita pactio-  
 utrinque acceptam doceant, ne secundum  
 pus sit expectare Principum confirmationem.

Castil- Jamque Nassovius, ducto per Embol-  
 lum Dy- diam exercitu ante diem Maij vigesimum  
 lerianum agro Dyleriano castra metatus, Castellum op-  
 oppugna- pugnabat. Id quanquam strenue defende-  
 tur. bant praesidiarij, paulatim tamen spectata loci  
 munitione & defensorum numero, deducen-  
 nem facturi facile credebantur.

Enimvero Friquetius indignitate rei pro-  
 38. vocatus acriter expostulat pertinaciam Reip<sup>ublicae</sup>  
 Indigna- demolitionem recusantis munimenti a Principi-  
 rio & Monasteriensi permissam, & a Frisone totius  
 protesta- petitam. Hac sane tentamenta adversus  
 no Mi- contestata non semel sinceritati, qua constantem  
 nistri Cesari & Imperio amicitiam asseruere. Mi-  
 Casarei. ratur Ordines nuperam monitionem suam ne-  
 responso quidem haecenus dignatos. Secus ex-  
 stimat mereri Caesaris Majestatem, cujus vili-  
 jussu sit executus. Praesentem arcis oppugna-  
 tionem non Principis tantum Monasteriensi, sed